

**LICEO SCIENTIFICO “A. VOLTA”**  
ANNO SCOLASTICO 2022-2023

**PROGRAMMA SVOLTO di LATINO**  
Insegnante: Silvia Pincin

**Classe I C Liceo scientifico**

Fonetica

La pronuncia del latino e le regole dell'accento

Sistema nominale

Le prime tre declinazioni

Gli aggettivi della I classe (e pronominali) e della II classe

I pronomi personali

Sistema verbale

Le 4 coniugazioni attive e passive, verbi in *-io* e verbo *sum* limitatamente a:  
indicativo tempi dell'*infectum* e indicativo perfetto,  
imperativo presente e futuro,  
participi presente e perfetto

Sintassi

Complementi

Proposizioni temporali e causali con l'indicativo

Dativo di possesso

Doppio dativo

Participio congiunto

Lessico

Lessico di base, con riflessioni sull'etimologia dell'italiano.

Nozioni di civiltà contenute nei testi letti.

Manuale in uso: Ciuffarella – Diotti, *Ingenio*, Pearson 2021 (fino all'unità 4).

Colle di Val d'Elsa, 10.6.2023

L'insegnante  
Silvia Pincin

## Appendice: compiti per le vacanze

Versioni dal libro: 57 p. 257, 63 p. 269, 65 e 66 p. 270.

### Severità del console Tito Manlio Torquato

Aliquando Romani bellum cum Latinis gerebant. Titus Manlius Torquatus consul milites sic monuit: “Nullum proelium inter Romanos ac Latinos erit sine mea voluntate.” Titus Manlius, consulis filius, cum paucis militibus ad hostium stationes accessit ibique Latinorum equitum praefectus eum agnovit et ad singulare certamen provocavit. Movet<sup>1</sup> ferocem animum Romani iuvenis ira et pudor detrectationis certaminis et inxsuperabilis vis fati. Itaque Manlius, verborum patris immemor, in certamen cum hoste descendit et, magna vi dimicans, adversarium superavit et interfecit. Deinde laetus in castra equo cucurrit, atque inde ad praetorium, ad patrem tendit, ignarus futuri. Statim pater contionem advocavit et coram militibus: «Victoria tua» inquit (= “disse”) «poenā, non praemio digna<sup>2</sup> est. Omne proelium sine mea voluntate prohibui; contra consulis voluntatem dimicavisti, quare ob malefacta poenas statutas solves: sic omnes intellegent Romanae disciplinae severitatem atque imperatori oboedientiam necessariam iudicabunt. Triste exemplum, sed salubre iuvenibus erimus.» Paulo post filium ad supplicium tradidit.

<sup>1</sup> *Movet*: verbo concordato al singolare con più soggetti, da tradurre in italiano con il plurale.

<sup>2</sup> *Digna*: l’aggettivo *dignus* regge l’ablativo.

### Giove e Alcmena

Alcmena uxor Amphitryonis, Thebarum regis, est. Iuppiter, cum Alcmenam vidit, statim amore capitur. Sed, quod regina virum suum amat et casta est, Iuppiter dolum Alcmenae struere statuit. Igitur, dum Amphitryo bellum gerit cum Telebois longe a patria, rex deorum ac hominum pater speciem (= “l’aspetto” acc. masch. sing) regis Amphitryonis sumit et ad Thebarum regiam venit. Alcmena virum suum, ut putat, laeta accipit. Postea e doloso coniugio nascitur (= “nasce”) Hercules, qui (= “che / il quale”) divinam naturam habebat, quod Iovis filius est, et humanam, quia Herculis mater non dea sed mulier erat. Hercules semper in odio erit Iunoni, quod Iuno Iovis adulteria non tolerat: nam contra Herculem admodum natum (= “appena nato”) duos (= “due” acc.) serpentes mittet, sed infans angues soffocabit; cum iuvenis erit, multos labores sustinere debet.

## Le fatiche di Ercole

Hercules, Iovis et Alcmenae filius, incredibili vi praeditus, ob iram Iunonis infinitos labores sustinere debuit. Validis brachiis in antro Amphriso leonem Nemaenum destrinxit et suffocavit. Capita hydrae Lernaee aut igne elisit aut gladio rescidit. Aprum Erymantheum agros vastantem in Phrygia occidit. Cervum velocem in Arcadia comprehendit et vivum ad regem Eurystheum adduxit. Aves Stymphalicae paludis, segetibus infensas, sagittis necavit. Augei regis bovine uno die (= “*in un sol giorno*”) purgavit. Taurum ex Creta insula Mycenae vivum adduxit. Diomedem, Thraciae regem, equos pascentem humana carne, cum famulo interfecit. Etiam Hippolytae, reginae Amazonum, balteum detraxit et eam occidit. Deinde Geryonem trimembrem et Draconem immanem, Typhonis filium, telis transfixit. Postremo ex inferis in terram traxit Cerberum, formidolosum canem tricipitem. Sic Hercules monstris horrendis Graeciam liberavit et sempiternas laudes posteritatis meruit. Omnibus aetatibus enim Graeci virtutes viri celebraverunt: in oculis mentibusque omnium Hercules fuit insigne exemplum viri fortis et benefici in humanum genus.

## Il mito di Giacinto

Adulescens Hyacinthus, regis Laconiae filius, propter suam mirabilem corporis formam, a deo Apolline ludorum venationisque comes delectus est; itaque apud Eurotae fluminis ripas ac per Laconiae silvas saepe deus eiusque amicus feras agitare aut corpora exercere solebant; sed olim infeliciter discus ab Apolline missus declinavit et in caput miseri Hyacinthi incidit. Copiosus cruor e vulnere profluxit, adolescentis vultus (= “*il volto*” nom. masch. sing.) expalluit, membra deflexerunt eiusque corpus in terra iacuit. Accurrit etiam Sol, sed ne eius calor quidem<sup>1</sup> profluvium cruoris reprimere potuit (= “*poté, riuscì a*”). Omnia vana fuerunt: miser Hyacinthus oculos suos clausit et spiritum reddidit. Apollo, dolore confectus, apud amici corpus clamavit: «E vita excessisti, miser amice, quia manus (= “*le mani*” nom. femm. plur.) meae adulescentiam tuam eripuērunt; quare in florem te convertam et immortalitatem tibi donabo. Quotannis primo vere, ad novam vitam revocabēris et ut splendidus flos revivisces». Itaque abinde, cum sol splendet, prata variegatis mollibusque hyacinthis convestiuntur.

<sup>1</sup> *ne...quidem* = “neppure”, riferito a ciò che è posto tra i due elementi.

## La tirannide ad Atene

Dopo la partenza di Solone, ad Atene si impone la tirannide "illuminata" di Pisistrato. Ben diverso atteggiamento dimostrano i suoi figli, che cadranno vittime di una congiura.

Dum Romae Tarquinius Priscus regnat, Solo, ab antiquis adscriptus in numerum septem<sup>1</sup> sapientium, Atheniensibus leges scripsit; deinde, postquam Solo sua sponte e patria discessit, Pisistratus Athenarum imperium obtinuit. Pisistratus, etiam si tyrannus erat, multa beneficia patriae suae tribuit: nam multa bella vicit et Athenis insulas urbesque, antea ab hostibus surreptas, recuperavit; praeterea urbem magnificam pulchris aedificiis templisque reddidit, claros artifices architectosque ab Asia arcessens. Athenienses, libertate privati, tamen Pisistrati dominationem non molestam iudicaverunt. Post Pisistratum, filius Hipparcus tyrannus fuit unā<sup>2</sup> cum fratre, Hippiā. Sed, quia Pisistrati filii infanda crudelitate Athenas opprimebant, duo<sup>3</sup> iuvenes, Harmodius et Aristogiton, coniurationem fecerunt et eorum mortem statuerunt. "Tyrannicidae" a civibus suis vocati, iuvenes postea magnis laudibus celebrati sunt.

<sup>1</sup> *septem* = "sette", indeclinabile

<sup>2</sup> *unā*: avverbio

<sup>3</sup> *duo* = "due", indeclinabile

## **Versioni aggiuntive per recupero carenze**

### **L'età dell'oro**

Durante il regno di Saturno, l'età dell'oro, gli uomini vivevano una vita beata; quando Giove prende il potere, pone fine a questa condizione di felicità e dà inizio all'età dell'argento.

Antiquis temporibus homines vitam sine cura atque labore agebant. Pax et concordia regnabant, quia homines libenter legibus oboediebant. Terra sponte sua praebebat flores frugesque, lac prosiliebat e fontibus et poma semper de arboribus pendebant. Quare prisci scriptores aetatem "auream" appellabant. Tum regnum habebat Saturnus et homines deum colebant sicut patrem, quia vitam beatam hominibus sinebat. Sed repente Iuppiter, Saturni filius, patrem de regno destituit et terra numquam sine labore segetes hominibus praebet. Nova aetas a scriptoribus "argentea" appellabitur.

### **Manovre notturne dell'esercito**

Nox erat et animalia militesque sopor altus per terras habebat. Repente clamor auditur in castris: exploratores magnis itineribus ad Romanorum castra perveniunt atque e somno excitant consulem tribunosque militum. Sine mora narrant summam explorationis suae: « Hostium copiae Romanorum milites insidiis circumvenient: nam, dum quietem sumitis, barbari naves ad vicina litora appellabant et nocturnam obsidionem parabant. » Statim consul in equum ascendit et, dum animal concitat calcaribus, proelii signum dat.